

consanguineus, episcopus Argentinensis et multi
superiorum partium Alemannie principes et prelati
potentem tunc principem videlicet Albertum ducem
Austrie, supradicti quondam Radulphi regis filium,
ad partes illas, ut regnum acciperet, vocaverunt.
Cui copioso adunato exercitu adveniens et prefato
Adolpho regi manifesta guerra se opponens una
cum principibus predictis, qui ipsum adroverant,
quendam munitionem regiam obsidione forti con-
clavit. Cui quidem dictus Adolphus rex, prout erat
vir magne audacie, casuum adversorum spiritum:
periculi imperterritus, cum multa militarium
pugnarum sequela occurrit. Comisso igitur
inter ipsos bello fortissimo prefatus Adolphus
 1298 iul. 2. rex occiditur et captivi per dictum Albertum plu-
rimi abducuntur. Eo quidem tempore cometes in aere fuit visa.

Anno igitur domini 1298 defuncto, sicut iam
 premissum est, et interfecto in bello Adolpho rege
 principes Germanie in Maguntia congregati pre-
 dictum Albertum ducem Austrie, supradicti
 quondam Radulphi regis filium, in regem
 Romanorum concorditer elegerunt, quem statim
Wigboldus Coloniensis archiepiscopus Aquisgrani
 1298 aug. 24. in regem solemniter coronavit. et regnavit

Albey.

1^{us} conventus Maguntinus iam ante interfectum Adolphum habitus est iun. 23,
 sed iterata est electio Francofurti iul. 24.